

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 19. Monstra ex hominibus nata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

urbis desperatio iam ceperat, donec Zo-  
phyri Persæ mula enixa est.

## §. XVIII.

*An mulae sint Monstra, & num natura-  
liter pariant?*

Et quia de mulis mentionem fecimus,  
quæri potest, an non & ipsæ mulæ in mon-  
strorum censu sint ponendæ? Certè eas à  
natura deuiare ostendunt progenitores, &  
sterilitas eorum; licet, quia consuetæ, &  
ordinarij talium parentum partus, vulgo  
pro monstris non habeantur. *Observatum* Plin. I. 8.  
est, ait Plinius, è duobus diuersis generibus na- nat. hist.  
ta, tertij generis fieri, & neutri parentum esse cap. 44.  
similia: eaq; ipsa, quæ sunt ita nata, non gi-  
gnere. Idcirco mulas non parere. Est in anna-  
libus nostris, peperisse sæpe, verùm prodigijs loco  
habitum. Theophrastus vulgo parere in Cap-  
padocia tradit: sed esse id animal ibi sui generis.

## §. XIX.

*Monstra ex hominibus nata.*

Inter homines monstra existere defor-  
mantia naturam, experientia testatur quo-  
tidiana. Adstipulatur & D. Augustinus,  
quo memorante, apud Hipponem natus est S. Augu-  
homo quasi lunatas habens plantas, & in eis stin. I. 16.  
binos tantummodo digitos, similes & manus. de ciuit,  
c. 8.

D

Qui

Qui idem Pater eodem loco ait: *Ante annos aliquot, nostra certe memoria, in oriente duplex homo natus superisribus membris, inferioribus simplex. Nam duo erant capita, duo pectora, quatuor manus, venter autem unus, & pedes duo, sicut uni homini: & tam diu vivit, ut multos ad eum videndum fama con-*

Sil. lib. 3.  
Virgil. L<sup>6</sup>  
Æneid.

*traheret. Quod cùm ita sit, apparet nihil nimium finxisse Poëtas, quando ab illis forma tricorporis umbra Geryonis est introducta. Certè, apud Cedrenum, Imperantibus Constantino Leonis Philosophi Imp. F. & Romano Lacapeno, ex Armenia allatum est monstrum, Constantinopolim, pueri masculi concreti, uterini, ijg<sub>3</sub>, ut infelix omen, urbe sunt electi. Redierunt sub Constantino: &, cùm alter mortuus esset, peritiores medici cadaver à viuo ressecuerunt, parum tamen diu alter superuixit. Visi sunt & alij monstrosi vel partus, vel euentus. Inter initia Marsici belli peperit quædam ancilla serpentem. Hæreticus alioquin author scribit. An. 1552. in Hassia UVitzenhauſia, tertio post festum trium Regum die, infantem masculum bicipitem, collo duplice, duobus cibitis ac corpore optimè cum reliquis membris composito natum; cuius monstri occasione, nouum*

Lyco-  
othen. in  
Chron.  
de prodi-  
gijs & o-  
stentis.  
An. 1552.  
lib. 2.

nōnum in ea prouincia Euangeliū mon-  
stroſe nobilitat.

## §. XX.

*Infantes locuti, & varia supersticio quorū-  
dam de nocte Natiuitatis Christi.*

Aiunt, Romæ, in quodam tumultu, in-  
fantē ſemestrem, in foro boiario triumphū pro-  
clamāſſe: *Alium cum elephantino capite natū.*

Val. Max. I. i. c. 6.

Vtrumq; monſtrū erat. De infantibus ante  
tempus locutis multa extant exempla,  
præſertim non ſine diuina vi procurata.  
Sed cur os infantium aperire non poſſet,  
qui poſteſt os rudentiū in loquela reſerare?  
Quod etſi non numquam fecit, non tamen Num. 22:  
cendendus eſt facere ſemper. Stultitiam fa- 28.  
pit, ſi non ſuperſtitionem, quod vulgatiſ-  
ſimè tamen creditur ab imperitiſ, equos  
ſcilicet, & boues, asinos, & omnia iumen-  
ta, quotannis, in ſacratiſſima illa nocte  
Natiuitatis Domini noſtri, ſolere loqui,  
& verò etiam vaticinari. Qua de cauſa eti-  
am nonnullorum tanta eſt ſimplicitas, ut  
in ſtabulis tum vigilent, expectantes, &  
audire cupientes, quid beſtiæ loquantur,  
aut in annum ſequentem prædicant. Quaſi  
Deus miracula velit perennare; aut, qui  
curioſa ſcire cupienti Herodi non respon-

Luc. 23. 84

D 2 dit,